



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 58. Parma a Prospero Columna cincta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

ut unitis viribus templum Hierosolymitanum Infidelibus eripere possent: verbo, hæc literæ ingens Religionis studium, & Regis hujus affectum in Emanuelem testabantur, quem etiam rogabat, ut eximios Chalcographos, Typographos, aliosque celebres opifices in arte sua peritos eidem submitteret: ex quo conicere licet, illum unice intentum fuisse, ut in suo Imperio liberalium artium studia florerent. Hisce tam fervidis Regis precibus Emanuel, quantum valuit, satisfacere conabatur, fœdusque cum illo paciscebatur. Re comperta Leo X. felix nuncium Cardinalibus manifesta-
vit, ac Mense Augusto publicam gratiarum actionem instituit. Hæc tamen Solemnia brevi absoluta minime retardabant initæ societatis negotium, quod Papa magis cordi habebat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1521.

§. LVIII.

Parma a Prospero Columna cincta.

Interea Prosper Columna, quem Papa *Mem. deo*
Ecclesiastico exercitui præfecerat, a *Bellai l. I.*
versionem, qua Mediolanenses Lautrecum insectabantur, in rem suam verte-
re satagebat. Imperabat tunc Columna
octodecim ferme armatorum millibus,
nequidem computatis mille ducentis Ca-
taphractis, ac Mediolanensibus exuli-
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. H bus,

Sæcul. XVI. bus, qui haud exiguum agmen conficie-
A.C. 1521. bant. His copiis auctus Parmensem Du-
 catum ingressus, urbem obsedit, cui Le-
 scunus præter duo Itatorum millia, quæ
 sub Principe Friderico Bozzolo præsidia
 agebant, quadringentos cataphractos
 imposuit. Jamjam obsidentes tertia ir-
 ruptione facta urbis propugnaculum flu-
 mine ab urbe sejunctum occupabant,
 cum ecce! Prospero Columnæ nuncia-
 tur, quod Ferrariæ Dux cum centum
 gravioris, ac ducentis levioris armatu-
 ræ militibus, ac duobus peditum milli-
 bus in aciem processisset, jamque Fina-
 rium, & sancti Felicis castrum expug-
 nasset, ac demum recta Mutinam con-
 tenderet; Præterea eidem innotuit, quod
 Lautrecus cum quingentis Lanceariis,
 quinque Helvetiorum millibus, ac qua-
 tuor Gallici peditatus millibus trajecto
 Pado Parmensi urbi suppetias veniret.
 Hoc accepto nuncio Prosper obsidionem
 solvit, fuga sibi consulturus.

§. LIX.

Prosper Obsidionem solvere compulsus.

Guic. l. 14. Parmam obsidione liberatam ægerrime
 ferebat summus Pontifex; bellum
 enim diuturnum fore præviderat, ac
 Cæsare pecuniis destituto, totam sum-
 ptuum molem Sedi Apostolicæ impen-
 dere